

iudex Antonius de Cobucio

31

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Antonius de Cobucio

31

1468-01-27

† Quo sol iustitie nituit de ventre Marie anno millesimo quatricentesimo sexagesimo octavo. Regnante... Ferdinando Dei gratia rege Sicilie, Hierusalem et Hungarie, regnorum... eius anno undecimo,... mense Ianuarii, die vicesimo septimo eiusdem, prime indictionis, Altamure.

Nos Antonius de Cobucio de Altamura annalis ipsius terre iudex, Berlingarius de Ferrariis de eadem terra,... puplicus ubilibet per totum regnum Sicilie regia auctoritate notarius, domnus Robertus iudicis Roberti, domnus Angelus de Filo, notarius Salvagius de Leone, Carellus de Pascarello et Troylus Russus, testes... de eadem terra,... fatemur... quod... constitutis Donata, filia quondam Petrucii notarii Angeli de Matera uxoreque Antonii de Filo de Altamura,... et Gabriele et Gaspare Donati notarii Angeli de Matera, tam pro eis quam vice... notarii Nicolai notarii Angeli et Antonelli notarii Angeli de eadem civitate, eorum patruorum,... dicta... Donata,... cum consensu et auctoritate dicti Antonii viri sui ac nobilis viri Nicolai Spontoni de Altamura per eam in mundualdo electi in defectu suorum legitimorum mundualdorum quibuscum in presentiarum contrahebat,... presente ibidem Antonio Magistri Renzii de Altamura baiulo ibidem pro presenti anno et suum ad hoc interponente decretum,... interrogata quoque... de vi, dolo, metu, suasionem et non reperta eam pati aliqua de premissis... vendidit... vendidit... prefatis Gabrieli et Gaspari... partem contingentem dictae Donatae... et omne ius omnemque actionem quod et quam habet... in... omnibus terris que fuerunt dicti quondam Petrucii notarii Angeli patris sui,... in territorio Matere extra dictam

civitatem,... pro pretio... unciarum quatuor et tarenis quindecim...

1

Quod... factum est... per manus mei prefati Berlingerii... notarii... † Ego Antonius de Cobucio de Altamura, annalis ibidem ad contractus iudex // † Notarius Salvagius de Leone de Altamura qui supra predictis interfuit et se subscripsit † Ego domnus Robertus iudicis Roberti qui supra † Ego d. Angelus de Filo qui supra † Ego Troylus Russus qui supra

Errore per tarenorum